

dicens, quod illa^{x)} (scilicet temporalia) *suam iurisdictionem non contingunt*^{y)}, ex. *De appellationibus, c. Si duobus*¹⁰⁾ et *Qui filii sint*^{z)} *legitimi, c. Causam*¹¹⁾. Et^{a)} infra^{a)} b): *Ego credo, istas potestates esse distinctas. Hec glossa. Et VIII. di. c. Quo iure*¹²⁾ dicitur, quod *iura humana per imperatores*^{c)}, *reges seculi, Deus distribuit generi*^{d)} *humano*^{d)}; et lex dicit, quod imperium et sacerdotium ab eodem principio processerunt, in auth. *Quomodo oporteat*^{e)} *episcopos et ceteros*^{f)} *clericos*^{f)} *ad ordinationem*^{g)} *perduci*^{h)}, in principio coll. I¹³⁾. Nec imperator iurisdictionem pape, nec papa iurisdictionem imperatorisⁱ⁾ perturbare debet, ex. *De iudiciis, c. Novit*¹⁴⁾.

Ex quibus^{k)} et aliis pluribus^{l)}, que brevitatis^{m)} causa^{m)} dimittuntur, clare patet, quod potestas et auctoritas imperialisⁿ⁾ est^{o)} immediate^{o)} a solo Deo et non a papa, et quod electus in imperatorem ex sola electione est rex Romanorum et^{p)} habet auctoritatem, iurisdictionem et potestatem imperialem, etiam antequam inungatur, consecratur vel coronetur^{q)} a papa, et quod papa non habet in temporalibus dictam plenitudinem potestatis^{r)}.

S e c u n d o obicitur, quod ille, qui se^{s)} Iohannem papam^{t)} XXII. appellabat, per suos processus de facto cassavit sive nullam^{u)}, cassam et irritam pronuntiavit electionem de nobis in regem Romanorum factam, asserens in suis processibus¹⁵⁾ nos administrare non potuisse^{v)}

x) *fehlt E*

y) *attingunt G*

z) *sunt Nv*

a) et infra] et prima *Nv*; que inter *G*

b) *folgt glossa G*

c) *folgt et G*

d) humano generi *NpNv*

e) oportet *G*

f) clericos ceteros *E*

g) ordinationem] ordinem *NpNv*;
ordines *G*

h) produci *NvG*

i) imperatorum *G*

k) *folgt omnibus G*

l) *fehlt NpNv*

m) causa brevitatis *NpNv*

n) imperatorum *G*

o) *fehlt G*

p) *folgt quod NpNv*

q) coronetur] tentur (?) *V*

r) potestatem *K*; *fehlt G*

s) *fehlt Nv*

t) *fehlt NpNv*

u) illam *V*

v) posse *G*

¹⁰⁾ X 2. 28. 7.

¹¹⁾ X 4. 17. 7; vgl. gl. ord. ad v. *ad regem*.

¹²⁾ D. 8 c. 1.

¹³⁾ Nov. 6 pr. (Coll. 1. 6): ... *sacerdotium et imperium ... ex uno eodemque principio utraque procedentia humanam exornant vitam*.

¹⁴⁾ X 2. 1. 13; vgl. gl. ord. ad v. *iurisdictionem nostram*.

¹⁵⁾ Vgl. MGH Const. 5 Nr. 792, 839, 881, 944 u. Const. 6 Nr. 273—277, 361, 427, 428.